

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gula ac
cum uariis

Quidam supersticiosum nimis in preparandis cibis studium adhibent, infinita decoctionum, frixurarum et condimentorum genera excogitantes, modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modo assa, modo pipere, modo alleo, modo cymino, modo sale condita, secundum consuetudinem pregnancium mulierum desiderantes. Ita quod ibi desudant coquorum artes et fiunt uarie questiones: utrum fieri debeant assata uel frixa uel elixa et tanta sollicitudine preparantur, ut deoratis quatuor uel quinque ferculis, prima non impediunt nouissima, et cum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicat, nondum tamen curiositas saciatur. Isti uidentur colere uentrem tanquam Deum.

Hugo ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quidam supersticiosum] superstitiosum quidem P V¹ V² L¹ L²; in] suis *add.* P V¹ V² L¹ L²; studium adhibent] adhibent studium P V¹ V² L¹ L²; modo] ca *add.* (*del. sub lin.*) C; alleo] alio P V¹; consuetudinem] presl *add.* (*del. sub lin.*) B; frixa] fixa M V¹; quatuor] quatuorum C; ructibus] eructibus P V¹ V² L¹ L²; Hugo *om.* C P V¹ V² L¹ L²